



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 28. Vicecomes Cardinalis Naturæ debitum solvens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

menti
tatem
riden-
eti ex-
n vero
cele-
armæ
e pe-
ie vi-
non-
mor-
facri-
ntifi-
genii
urimi
æsus
egio
etus
aras
t.

Ni-
Ge-
am-
lin-
pe-
tiis
ca,
et,
ne-
at;

bat, ut Philippo II. & Mariæ Reginæ Sæcul. XVI.
Nuptias faustissimas precaretur. Re- A.C. 1565.
fert quoque Petra Mellarius, quod Si-
mon tanquam Medicus Pio IV. inser-
vierit, atque ab eodem Lunensis in
Etruria, & Sarzanensis Episcopus crea-
tus, ac postea ad Tridentinam Syno-
dum ablegatus fuerit: cum autem Vir
esset doctrina, morumque integritate
conspicuus, ac fidei Catholicæ contra
hæreticos tuendæ studiosissimus audi-
ret, Anno reparatæ salutis millesimo
quingentesimo sexagesimo quinto a Pio
IV. purpura decoratus est: eodem au-
tem anno die quarta Septembribus tum
annos septuaginta duos natus animam
Deo reddidit, corpusque ejus in Eccle-
sia sanctæ Sabinæ, cuius titulum gere-
bat, reconditum, & postea Genuam in
patriam suam translatum est in Templo
sanctæ Mariæ de Pace apud FF. Mino-
res de Observantia sepultum.

§. XXVIII.

Vicecomes Cardinalis Naturæ debi- tum solvens.

Septimus erat Carolus ex nobilissima Ciacon. t. 3.
Mediolanensi Vicecomitum familia, or- pag. 963.
tus regiusque Senator, qui Anno Incarna-
tionis Dominicæ millesimo quingentesi-
mo sexagesimo a Mediolanensi Magi-
stratu Orator ad Philippum II. Hispaniæ
Regem

Pallav. hist.
Conc. Trid.
Aubery vie
des Cardin.

Sæcul. XVI. Regem decernebatnr: anno autem se.
A.C. 1565 quenti Mense Novembri a Pio IV. Pro-
tonotarius Apostolicus, ac Ventimilliae
in Genuensi ditione Episcopus renun-
tiabatur. Ceterum Præf. erat judicij
maturitate, ac circumspetione clarus,
& nonnisi ad maxima negotia feliciter
gerenda natus, nihilque in humanæ
prudentiæ arcanis adeo abstrusum re-
periebatur, quod non Carolus sua dex-
teritate extricabat: cum ergo tanta il-
lius merita Carolo Borromæo optime
cognita essent, hinc ob eodem plurimi
habitus, ac Pio IV. ejus Patruo propo-
fitus est, ut tanquam Sedis Apostolicæ
Nuntius, ac secretioris consilii Mini-
ster ad Synodus ablegaretur: itaque
Vicecomes publicis Sessionibus, nec
non secretis hujus Concilii consultatio-
nibus interfuit, ac illa, quæ geslit, ne-
gotia, & ejus literæ tam Gallice, quam
Italice in duobus voluminibus Amste-
lodami in minori forma Anno millesi-
mo septingentesimo decimo nono typis
excusæ fuere, cura Aimonis ejusdam
a fide Catholica trans fugæ, qui se vo-
citabat *Prælatum Theologum, & gradua-*
tum Romanæ Curiæ Jurisconsultum. Ce-
terum Vicecomes purpuræ dignitate
exiguo admodum tempore fruebatur,
obiit enim hoc anno Mense Novembri

non

non nisi expleto quadragesimo secundo Sæculi XVI.
ætatis suæ anno. A.C. 1565.

§. XXIX.

Bozzuti Cardinalis fata.

Ineunte Mense Octobri pariter Annibal Ciacon. Bozzutus hoc anno Cardinalis crea-^{pig. 945.}
tus eodem decepit, qui ex nobili Nea-<sup>A.t. Sum-
politano genere natus jurisprudentiæ mont hist.
Neapol. Neacol.
Aubeuy l.c.</sup>
studio insignis evasit, ac brevi etiam tantam nominis famam sibi conciliavit,
ut unacum nonnullis aliis feligeretur,
qui Petro Toletu Pro-Regi sacrum In-
quisitionis Tribunal Neapoli invehere
molienti resisteret; unde hunc Pro-
gem gravissimis verbis dehortatus po-
pulum etiam ad ponenda arma indu-
xit, aliisque, qui majori seditionis fu-
rore excandescebant, exilio multatatis
urbem ad pristinam tranquillitatem re-
vocavit, atque ad Cæsarem eadem de
caussa a Neapolitanis missus fuerat
orator, ut exulum numerus ad viginti
tantum reduceretur, quod & obtinuit,
ac licet cum iis paulopost ipsem et patriæ
restitutus, voluntarium tamen
exilium sibi consivit: recuperata au-
tem libertate postea Romam secessit, ubi
perbenigne a Paulo III. acceptus, Pro-
tonotarius Apostolicus, & Bononiæ
Pro-legatus renuntiatus est: Paulo vero
vita functo, cum Cardinalis Montius
Roma-